

Vidit quendam pauperulam mitentem era minuta duo. Luc. 21. 2. Vidue suffecerunt duo nummi minuti ad faciendam misericordiam; suffecerunt duo nummi ad emendum regnum Dei. S. Aug. in Pl. 147.

Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes etc. Joan. 1. 38. Minima obsequia Deo accepta sunt. Paucos hi Discipuli post Jesum gressus fecerant; & non se continet Jesus, quin ad illos placidus convertatur; illis paucos illos gressus acceptos referens. S. Greg. Naz. or. 6. nihil adeo parvum est, si Deo fuerit oblatum, licet sit minimum, licet parvo pretio dignum; cui penitus aditus derogetur: aut quod non suscipiat misericors ille, qui cuncta iusta novit expendere statera. Epulo de micis potuisset placere Deo; cui levissima quaque obsequia placent. Baeza t. 1. 6. c. 1. §. 1.

Si scies, & tu forsitan petisses ab eo, & dedisses tibi aquam vivam. Joan. 4. 10. Aquae poculum Deus petit, ut vividissimam aquae caelestis venam tribuat. Sic exiguus donis nostris ingen- ter comparamus a Deo bonorum scaturiginis. Baeza t. 2. 1. 6. c. 3. §. 19.

Acceptus Jesus panes. Joan. 6. 11. Augusto profuio panum cophini replebantur. Id. ib.

Vade ad Patrem tuos, & dic eis etc. Jon. 20. 17. S. Cyrillus Alex. l. 12. in Joan. c. 51. Largitur illi (Magdalena) Dominus primum ne plore, neque doli animi subiiciat. Deinde mi- rabilem quandam pedum pulchritudinem: pulchertimi enim sunt, ut propheta dixit Il. 52. 7. pedes annuntiantis bonum. Cur vero dedit ei stupendam illam pedum pulchritudinem? ut possit illius resurrectionem tribus nuntiare Apostolis? Haecc ponentis in domo Simonis lacrymis capite rigare pedes ejus: ideo large remuneratur obsequium. Didacus Nyss. Dom. 2. Adv. 5. 1.

Ecce Moses grandis factus, & negavit se esse filium filiae Pharaonis etc. Hebr. 11. 24. Quid jam faciet Deus, ut istam re- numeret humilitatem? S. Amb. Octon. 8. in Psalm. 118. 1. fu- gientem potentiam potentior factus est; factus est enim in Deum Pharaoni. Rex erat Phraeo, sed Deus non erat; Moy- ses factus est illi Deus. Ex. 7. 1. ecce constitui te Deum Pha- raonis.

Conato cum illo. Apoc. 3. 20. Alb. M. cenat Dominus cum homine in vita ista; pro nostra parva cena, quam Domino in hac vita nostris operibus exhibemus, ipse largissimum cenam nobis praebet in aeterna beatitudine, largissimae obsequia nostra compenat.

Signum magnum apparuit in caelo. Apoc. 12. 1. Sed cur ma- gnum? quod minimis coronatur luminibus, luminari vero ma- ximo vestitur. Itane majus lumen vilius in Virgine est? prin- cepts sacerum non coronat, sed vestit? Nimirum qua in cae- lo coronant reges, non tantum facta praecleara sunt; sed sa- pes, qua minima putantur opera, principibus caeli diadema- ta fabricant. Ritus compressus, verbum dursissimum non re- positum, non emissus lepor, bolus neglectus in patina; stel- lae, non soles sunt; spectatores carent, nec in luce humanae admirationis conflant. At in caelo, praesole viliora exul- timata, regnantes coronant. Dicte minima non spernere; qui non sole, sed stellis, vides Virgine insignitant. Olival. 12. Strom. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Mos divinae misericordiae est; ut, si nos tenuia quaedam, & vilia obtulerimus, multa liberalitate nos remuneret. S. Chrysol. hom. 26. in Gen.

Ingentes redditus conferet pecunia largita pauperibus: nam si hominibus in foenus dederis eam; censuram tibi reddent; si vero Dei pauperibus foveretur, centuplum restituet, & aeternam conferet vitam. Id. ferm. de jejun. & lectione Ge- nesis.

Breve quidem tempus hoc est, & labor minimus; & ta- men officium, & tota mente torpemus. Terrestris certamen est tibi propositum, cujus corona in caelo reddetur. Paucis diebus curras; & aeterna praemia consequeris. Idem hom. 77. in Matth. 24.

Facite vobis sacculos. Christus! quod te pertrahit amor tuorum ut avarum iustitias, facis eum, quod desiderat, non quod oportet audire! Sacculos imperas: aeternos thesauros, qui non deficient, vis parari: ut avarus, dum consueta percurret ad lucra; aut virtutem capiat, aut a virtute capiat. Sancti. Chrysol. f. 25.

Ursus Mundi centum ad unum; Deus unum accipit ad cen- tum: & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsitan de cautione solliciti? quare? nonne homo homi- ni exiguae chartulae obligatione confringitur? Deustot, actan- tis, voluminibus caveat, & debitor non tenetur! Id. ib.

Franciscum Seraphicum cum asperima hyeme germanus frater offendisset seminudum, & algentem; deridiculo ab eo peti- jussit, sudoris guttulum sibi venderet: Franciscus die, inquit, fratri, omnes sudoris mei guttas liberaliori Domino, & quidem caro, me vendidisse. In vita.

Qualia, quaeque, sunt nostra jejunia? quales orationes, elec-

mofynae, vigiliae, exteraeque id genus bona opera? nisi amore nimio, quem erga nos gerit, se, ut ita dicam, excecari pa- teretur, nihil, quod nostrum erat, acceptaret. Oleaster in c. 1. Gen.

Quoties unum petis aureum, toties ille tibi centum red- dit in caelis. Etenim non potest, ut etiam minima precatiuncula ritae sua aut minimus genitus, minimumve suspirium ad Deum pie emissum, grandi fructu careat. Blossus ex Concl. an. c. 6. §. 7.

§. XI.

Suadetur mutua erga Deum liberalitas, repre- henditur parcitas.

Ex Veteri.

Tolle filium tuum. Gen. 22. 2. Mandatum executuro clamavit Angelus: non extendas manum tuam super puerum. v. 12. Cur non dixit, non extendas manum super filium, Puer in Scri- ptura saepe servum significat. Isaac Christum D. repraesentans di- citur filius, cum ad jugulationem mittitur; cum vero vivus ac- cipitur, puer, seu servus vocatur. S. Chrysol. hom. de Job, & Abrah. dixit Deus Abraham, ne extendas manum tuam su- per puerum: quare non dixit filium; vilior erat. Sylveira in Joan. 3.

Non apparetis in conspectu meo vacuus. Ex. 23. 15. Lippoman- non frustra veniens. Nec enim, si quid in aram altuleris, a me abibis tristi vultu, manu vacua. Velloso in Judith. 6. Pa- ran. 12.

Vade, & percute Amalec, & demolire universae ejus. 1. Reg. 15. 3. Sed Saul, cui erat praecipuum totius praedae perdenda; constituit sacilega divitione, suam, & suorum animos, par- tiri in duos affectus omnino disjunctos: scilicet ut praecipuum Dei impleteret, & cupiditate satisfaceret: ideo iussit partem praedae flammis tradi in Sacrificium Divinitatis laeae ab Amalecitis; pars alia vincendum foret, in praecium pugnae fortiter inire. Et quia, ubi semel cor dividit, caelo terra praepollet, & ratio vincitur a cupiditate; ideo qui generosissimi, amena robustissima, oves pinguisssimae, panis pretiosissimi, tapeta auro illusa, vala aurea, & argentea, pyropi, adamantes, smaragdi; & quidquid opulentum, pretiosum; id totum prin- cipi, & militibus, distributum. Ignis exarhit in rufficis sagis, in plebis scitibus, in mendicorum centonibus, vilibus mer- cibus opificum: impio rege tributa Numinis restringente ad far- cinas gregiariorum, & castorum quisquillas. Vespere Saul, & populus, opem gregibus etc. v. 9. Cogitari non potest, quan- tum inde offensus Deus, ob tam iniquam divisionem, proflus contrariam unitati intentionum, qua colenda est tanta maje- stas. Continuo missus Samuel iram Dei ipsi annuntiat: proco, quod abiecit sermone Domini, & projecit te Dominus, ne sit rex. v. 21. Oliva t. 3. conc. 24.

Ego ego in pariter mea, etc. 1. Paral. 22. 14. David largo in Deum affectu, teste Joanne Bapt. Villapando, & Hierony- mo Prado, impendit pro tempore, auri, & argenti bis mille octingentos duodecim milliones; insuper 8275. Hispanicorum Ducatorum, alius exclusus. Et hos incredibiles sumptus pau- perum suam vocat. Tanto in Deum auctabat affectu, ut quid- quid obtulisset Deo, nihil se dedisse crederet. Drexelius Ros. sel. c. 15. §. 3.

Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, qua apposita sunt ante faciem tuam. Prov. 23. 1. Sept. addunt, scient, quod oportet te talia preparare. Sancti. August. hoc beati Martyres fecerunt: talia enim Domino exhibuerunt, qualia ipsi de Domini mensa perceperunt. S. Bonav. Dominus indivisum, & integrum Corpus suum obtulit mihi: male ergo divider; & vel minima mei parte eam defraudo. Didacus Nyss. D. 2. Palch. §. 3.

Si offeraris claudum, & languidum, nonne malum est offeri- lud duci tuo, si placuerit ei. Malach. 1. 7. 8. Vitiolosa victimas immolabant Sacerdotes; sibi retinebant illas, quae sane essent, & integra; & quae plus videbantur utilitatis habiturae. In- terlinearis offerit illud Duci tuo. Potius respuerit, & sibi inju- riam factam putaret, & offerens DEO, quod non auderet ho- mini offerre. Cuius Saculo prodige dicuntur pretiosa; Deo fere semper avarae consecrantur abjecta. Nazera in Jos. 21. §. 16.

Ex Novo, & Patribus.

Sic DEUS dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum da- ret. Joan. 3. 16. Non vendidit illum, quia inestimabilis est; nec nobis erat, quo emeremus. Et hac Judaei iniquitas fuit: quia vendidit, quod pretio comparari non poterat; quod Pater aeternus gratis donavit. Nec dedit mutuo, ut Mundus dat, ut auferat repente; & ut uni det, alteri auferat: velut Sacra fides ab una imagine tollit, ut onet alteram. Qua ineffabili DEI liberalitate ita abusi sunt homines; ut ex Filio DEI Uni- genito, quod eis placuit, fecerint. Pilatus JESUM flagellatum tradidit voluntati Judaeorum. Luc. 23. 25. Deus dedit quod ha- buit carissimum, & pretiosissimum: homo DEO aliud non tri- buit.

buir, quam quod abjectum, & vilius omnibus est; meliora dia- bolo. Pater aeternus tibi, o peccator, unicum Filium, quem habet, & tu omnes filios, quos habes, das diabolo. Diez l. 2. Pent. conc. 11.

Da mihi bibere -- Domine, neque, in quo haurias, habes. Joan. 4. 10. 11. Promittente vero Christo aquam illi, ait: Domi- ne, da mihi hanc aquam. vers. 15. Non habuit vas ad aquam CHRISTO dandum; & jam habet, in quo vult expicere. Syl- veira hic.

Impleverunt duodecim cophinos. Jo. 6. 13. In deserto illo solum re- perti quinque panes, & duo pisces, & duodecim cophini. Multi ad dandum nec unam habent manum, ad accipiendum centum. Id. ib. 9. 24.

Evenis mixturam myrris, & aloes, quasi libras centum. Joan. 19. 39. Tertull. in Apolog. c. 39. quanticumque sumptibus con- stet, lucrum est, pietatis nomine sumptum facere. Nunquam DEI liberalitatem, & munificentiam, vinces; quamvis omnium iusturum facultatum tuarum feceris; quamvis etiam te facultatibus ad junxeris; nam hoc quoque ipsum accipere est, DEO aliquid donare. Sanctus Gregorius Naz. Or. 27. de pauperum pane.

TITULUS XI. LIBERTAS.

§. I.

Symbola.

Vaccatriennum. Gen. 25. 9. Vacca hae triennis indomita significat primam generationem Hebraeorum, eorumque libertatem in Aegypto tempore Joseph: tunc enim liber, & lautus, inftar juvenecae, palcebantur opibus Aegypti. Corn. hic.

Nudi pedibus etc. 2. Reg. 15. 30. Hebraei nudo capite incede- bant, quasi liberi, & expediti. Id. hic.

Cor sapientis in dextera ejus. Eccl. 7. 10. 2. Dextera Symbolum est libertatis; sinistra servitutis. Id. hic.

Antiquitas vini inventorem vocavit Liberum; & vinum Li- bertatis symbolum esse voluerat ac effectu: quia curis solvit, megre liberat. Nadasi dier. memor.

Eduxi eos in desertum. Ezech. 20. 10. Desertum signum est li- bertatis; ut urbs, & arx, subjectonis, & servitutis. Ita Prado, Maldonatus.

Dato annulum in manum ejus. Luc. 15. 22. Annulus signum li- bertatis. S. Chrysol. l. 5. postquam annulum in manu ejus, annulum honoris, titulum libertatis.

§. II.

Miscellanea.

Sola apud Deum libertas est, non servire peccatis. S. Hieron. epil. 14.

Ego malim cum libertate panem fumere, quam cum servitute mille pericula. S. Chrysol. hom. 1. in ep. ad Coloss. c. 1.

Omnino, si Christo crucifixus es cruci, sapiens es, justus es, liber es. Guaricus l. 2. in Ramis.

Franci ad vindicanda libertate nomen adepti. Franci quippe Belgis, Franconiae, libertatem sonat.

TITULUS XII.

LIBRI.

§. I.

Laudati, amati.

Veniens offer tecum & libros. 2. Tim. 4. 13. Mirum, cur Paulus divinitus certior factus de proxima sua morte: tempus resolutionis mex instat, tamen Timotheum jubeat asserre libros. Quid proderunt libri morituro? Hugo Card. hic: ut essent ei solatio in tribulatione; & aliis daret exemplum studendi.

S. Hieron. ep. 141. ad Marcellum, laudans B. Pamphylum M. in con- denda Bibliotheca studium, libros appellat, imagines ingenio- rum, vera, & aeterna monumenta.

Fili quidem corporum, animae vero liberi sunt scripta. Cle- mens Alex. l. 1. Strom.

Pium 2. P. M. libros plus quam saphiros, & smaragdos, curare solum: scribit Platina.

Pius V. P. M. dum apud eum quisquam gemmas magni pretii su- pra modum extolleret; manu in libro extensa dicebat: en in his verae gemmae.

D. Petrus Damiani. 2. ep. 6. de surrepto sibi quodam li- bro sic querit: tulit librum meum, quem velut unicum filium meum unius uterque dulcedinem amplectebat.

Alphonfus rex librum apertum pro insigne gestabat.

Panonymus l. 4. c. 34. refert, Alphonsum cubase libris in sponda positis; solumque dicere: semelle uniones, & mar- garitas suas, perdere, quam qualemcumque librum. In ur- bium direptione quicumque ex militibus librum ostendisset,

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

confestim, certatimque, ad regem perferabat: siquidem fama vulgaverat, cum libris quam maxime delectari so- litum. Diem illam, in qua nihil legret, se perdidisse dicebat.

Vos, ni fallor, estis, qui in horis habitatis: qui felicet in lege Domini meditati die, ac nocte; & quot libros legi- tis, tot hortos perambulat; quot sententias eligitis, tot poma carpitis. Guaticus sermon. de Sancti. Scripturar. ut- lilitate.

§. II.

Libri mali.

Muli ex eis, qui fuerant curiosa sectari, contulerant libros, & combusserunt. Act. 19. 19. Syrus: multi ex magis. Budaeus lib. 5. de ass. &c. putat hoc pretium fuisse, quinque millium aureorum. Tradiderunt hi Fideles libros malos igni; ut ita ipse ab aeterno incendio liberarentur. Christiani Caesares sanxerunt, haereticorum libros comburendos. Sylveira hic.

Multò cautius necesse est acuris rosa in spinis, quam mol- libus lilium colligatur in foliis; multò securius in Apostoli- cis, quam in Platonis, quae ritu consilium salubre pagellis. V. Beda in 2. Reg. 9.

S. Pamphilus Ep. Sulmon. quadam nocte visus esse videre si- bi sub capite suo serpentium multitudinem, coeteraque diver- si generis reptilia; quibus perturbatos somnum continuare non poterat. Amoto pulvinari, Virgilibi librum reperit; coque pro- jecto somnum duxit tranquillum. Bolland. 28. April.

§. III.

Libri quomodo serventur.

Lim libros perungebat oleo cedrino, qui, à tinea illasi durabant integris saeculis. Tales fuist: libros Pythago- ricas, qui desoli in terra, post quingentes triginta quinque annos integri reperti fu- erunt, quod cedrat essent, tradit Plinius lib. 13. c. 13. Corn. in Eccl. 12. Liber foliis absynthii cooperitur. Lem. Tinea procul. Picinelli.

Miscellanea.

Liber generationis Jesu Christi. Matth. 1. 1. Abulens. q. 1. in Matth. liber Actorum, sive operationum Jesu Christi.

Nullam existimo Scripturam ita fortunatam procedere, cui nullus omnino contradicat. Clemens Alex. lib. 1. Strom.

Ante annos circiter triginta de virginitate servanda editi li- bram; in quo necesse mihi fuit ire contra vitia. Verumtamen quid profuit amasse exercitum reclamantium; & vulnus con- scientiae dolore monstrasse? liber manet, homines perierunt. Hil- debertus ep. 79.

Mulier neficiens legere ibat ad Ecclesiam cum libro, & in illo legendo plorabat alacriter. Quidam scientes ejus imperitiam, mirati. At illa: vos neficis legere in libro meo, sicut nec ego in vestris. Rogata ostendit librum, qui erat quatuor foliorum: pri- mum album, in quo legebat puritatem Christi, & B. Virg. depla- rans suam impuritatem: secundum rubeum, & Passionem: tertium nigrum, tenebras Inferni: quartum deauratum, gloriam paradisi. S. Vincent. Ferr. l. 5. D. 6. Trinit.

TITULUS XIII.

LILIA.

Varia.

Induit se (Judith) vestimentis juvenutatis suae, assumptisque dextrariola, & lilia. Judith cap. 10. 3. Chaldeus: Assumptis ornamenta litorum plena, ornamenta in molam litorum facta. Qui pascitur inter lilia. Cant. 2. 16. Sept. qui pascitur inter lilia. Pulchrum liliu Incarnatio, speciosum Nativitas; uberima pasca, ipsa Passio, Refurrectio, Ascensio. De Ponte hic Exh. 37. §. 1.

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon etc. Matth. 6. 29. Quia ars non dat tam vivos colores, ut natura. 2. ut ait S. Chrysol. Salomoni homines ministrabant velles, liliis Deus. 3. Hugo Card. in Salomone fuerunt velles alienae, in lilio propriae, quas natura ei dedit. Sylveira hic.

Nec vel levissimam spinam suffinet ullatenus punctationem flor- ris (lilii) teneritudo; sed mox, ut modice premitur, percio- ratur. S. Bernardus l. 48. in Cant.

Omnes terrae flores liliu vincti, & praecellit in gratia; tantumque distat ab universo germine liliu, quantum re- gem specie, gloria, cunctos constat excellere. S. Chrysol. fer. 163.

Considerate lilia agris quantus sit candor in foliis, quem- admodum stipata ipsa folia ab imo ad summum videntur asurgere: ut scyphi expriment formam; ut auri quaedam species intus fulgeat; quae tamen valle in circuitu floris ob- septa nulli pateat injuria. S. Ambr. hex. l. 2. c. 8.

Ponebantur olim lucernae veteris templi super aureos liliorum flores. Sancti. Franciscus Sales, de amore div. orat. dicitur. Lilium flos regius est, à regia, qua pollet, celsitudine; super alios flores attollatur. Pierius l. 55. de lil. c. 10. De B. Benedicto Eremita. Ord. Vallis umbrosae legitur; in eius ore post 320. annos lilium quasi recens natum nive candidum inventum esse. Bolland. 20. Jan. Quidam hortorum magistri ajunt; quod si radix lili in rubri vini foeces immergatur, postea plantata iisdem rigetur, forte purpureum. Aretius l. 4. Symplic. 86.

TITULUS XIV. LINGUA.

§. I.

De ea in genere.

Mors, & vita, in manu linguae. Prov. 18. 21. Alludit ad naturam linguae, quae in embryone ultima animalium; & in moriente homine prima vita desinitur, teste Aristotele, & Plinio. Sic evenit in Ethica linguae: in vita Spirituali linguae perfectio ultima acquiritur, juxta Jacobum 3. 2. si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Viceversa mors animae communiter à vicio cordium capit. Audi Plinium lib. 11. cap. 37. os primum mori tradunt, cor novissimè. S. Chryso. in Pf. 140. mortis unum fere ostium lingua est. Corn. hic.

Capit loqui. Luc. 7. 15. Loquela Signum vitae. Gen. 2. 7. factus est homo in animam viventem. Chald. in animam loquentem. Sicut plectrum chordis, ita lingua illiditur dentibus, & vocalem reddit sonum. S. Hieron. ep. 27. ad Eustoch. Cum ad tria data sit homini loquela, scilicet ad laudandum Deum, ad edificandum proximum; & ad accusandum seipsum; haec triplex loquela auctur per triplex demonium: primum auctur spiritus luxuriae; secundum spiritus avaritiae; tertium Superbiae; S. Bonaventura in c. 11. Luc. Lingua est ad similitudinem gladii facta: ut sit ad defensionem veritatis, & expugnationem erroris. Il. 49. 2. postis os meum quasi gladium acutum. Lingua est rubicunda; ut recundetur proferre verba inhonesta. Geminiiani l. 6. c. 75.

§. II.

Lingua prodit hominem, & ejus mentem.

Non poterant ei quidquam pacifice loqui. Gen. 37. 4. Silere nesciunt labia, quod mens loquitur. Alvarez Illustr. 41. Decuit iniquitas tua os tuum. Job 15. 7. Pineda: nota, quod lingua, & os, dicantur esse quasi cordis discipulus: instruit enim interior affectus non solum os, & linguam, ad loquendum; sed etiam manus, coeteraque membra ad operandum.

Vera dicit injuriam cogitavit lingua tua. Pl. 51. 4. de impio loquitur. Si ad intellectionem cogitationis spectant, quomodo injuria lingua in ipsorum cogitat? vult dicere: adeo fidelis, promptusque, legatus mentis lingua est; ut, quidquid in mente agitatur, illa etiam reddat. Alvarez Illustr. 41. Seraphim habebat super illud. Il. 6. 2. Quærit S. Chryso. tomus, quis indicavit Isaiam, esse illa Seraphim? aut quæ signa in eis viderit, ut sic de illis exstimaret? Respondet: ex lingua beatorum illos spiritu agnovisse: nimirum clamabant alter ad alterum, - Sanctus! Sanctus! Sanctus! v. 3. Didacus Nyff. D. 3. Quad.

Locus est meus. Luc. 11. 14. Existimatio hominis, sive bona, sive mala, à lingua. Emergumentum, licet jam videre, & audire; solum tamen Evangelista locutum memorat; cum dicere posset, vidisset praxera, & audisset: ut significaret, nulla re alia tantum potuisse conciliari fidem miraculo, quam quod homo ille locutus; & bene locutus fuit. Idem ibidem.

Non inventus est dolus in ore ejus. 1. Petri 2. 22. Vult Petrus demonstrare innocentiam, & vitam semper intaminatam sui Magistri; qui talis fuerit, ut peccatum non fecerit ullum levissimum. At quo argumento id probat? inde: quod dolus non est inventus. Et nihil fraudulentum; nec malè, de quoquam, sed optinuit de omnibus, semper locutus. S. Laurent. Justin. de triumph. c. 10. observat Caiphas callide, si forte ex ore Mediatoris alicquem incompotum fermonem agnosceret: propterea certens, quod nihil falsis objectionibus responderet; tentavit, si quo modo concitaret ad loquendum: in tacentis quippe lingua nihil reperitur indignum. Id. ib.

Nullo modo potest homo melius cognosci, unde fit? & qualis fit in corde? quam per loquelam. Sancti Bonaventura l. 50.

§. III.

Lingua custodienda, frænda: vix frænatur.

Ex Veteri & Novo.

Edierunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus; & nemo loquebatur ei verbum. Job 2. 13. S. Chryso. hom. 4. in Job: tenebant linguam; ne propere inciperet: sed incipienter semel nequaquam moderati sunt, ne se ex consolatione usque ad contumelias effrenarent. Pufius ori suo custodiam, cum confisteret peccator adversum me. Pf. 38. 2. Quid agis prudentissime Rex? demon adversus te confurget, & totus in lingua occuparis custodia? quid ab hostis calidi dolis silentium juvet? seuam accipe, loriam fume. Hugo Card. hic ostendit, quod hoc fecit; quoniam magis necessarium fuit; scilicet cum confisteret peccator adversum me, id est, diabolus. Naxera in Jos. 7. 50. Abbas Pambo illiteratus se in alterius disciplinam tradiderat; à quo cum audisset primum versum Pf. 38. 2. dixit; custodiam Ori. Secundum versum audire noluit dicens: si hoc implevero, satis didici. Caspatus dein à Magistro suo de absentia sex mensium, respondit: versum illum opere adhuc non implevi. Longissimo post tempore à quodam rogatus; an verum didicisset, & implevisset? respondit: quadraginta novem annis vix illum implere potui. Brounard. Lingua.

Pone Domine custodiam ori meo; & ostium circumstantia labiis meis. Pf. 140. 3. Cur, o S. Rex, tu ipse custodiam illa tibi non ponis? quia hoc est adeo difficile, ut sine peculiari Dei favore illud non possim observare. Diez D. 22. Pent. conc. 2. Non rogat Seraphim hoc defugit muneris: sed ipsum invocavit Deum; ut ipse custodiam statuat ori suo. Svo. non alieno. Non sit, pone custodiam ori Senei, ne insultet; vel ori Abfolonis, ne mentiaris; sed ori meo. Ergo os illud, per quod Ecclesie tot oracula transmissa sunt, eget excohibis? eger fane: cito enim lingua à palmis in nugas prolabitur. Oliva l. 10. Strom. hic. Discretè vicissitudinum penada sunt tempora; ne aut cum restringi lingua debet, per verba se inutiliter solvat; aut cum loqui utiliter potest, semper ipsam pigre restringat. Quod bene Palmista considerans brevi postulatione complexus est, dicens: pone Domine custodiam Ori, ostium enim aperitur, & clauditur. Sancti Gregor. mor. l. 7. cap. 17.

Lingua placabilis lignum vite; quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Prov. 15. 4. Sept. Sandi lingua est arbor vite; qui quis eam custodierit, implebitur spiritu.

Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum carnis, ut non cadam ab ipsi? Eccl. 22. 33. S. Chryso. hom. 52. in Math. regus quidam equus est lingua nostra. Si ergo ei firmum immiseris, & doctrina tua gradatim feceris; ascendet in eum rex, & quiescet in eos: Si autem nullo fræno domueris, sed hoc atque illuc infrenatum jactari permiseris; diabolus eam vehiculum fecit.

Sic omnis homo velox ad auctentiam; tardus autem ad loquendum. Jacobi 1. 19. Sic tardus erat Moyses, quod opponit, ut legationem abbat. Ec. 4. 10. imedioris; & tardioris lingua sum. Non quod loqui ad regem non possit copiose, qui erat potens in verbis, ut notat Orig. hom. 3. in Ex. ut tuitus, & cautius, loqueretur. Velloso in Judith. 7. Paren. 30.

Ex Patribus, & aliis.

Homo domat feram, non domat linguam; domat leonem, & non refrænat fermonem: domat ipse, & non domat seipsum. S. August. l. 4. de V. Don.

Lancem, & staterem, fac lingua tua. Eccl. 28. 29. ut verba veluti ponderantes diligenter expendamus. S. Chryso. in Pf. 140. Tum demum solum loquendum est; quando, quæ dicuntur, plus profunt, quam silentium. Idem ibi.

Alliga, moneo, fermonem tuum: sit restrictior, & ripsis silentii coercetur; cito lutum colligit animi exundans. S. Bernardus tr. de ord. vite &c.

Vilis res est mulca mortuus; sed exterminat oleum suavitaris. Teneum membrum lingua; atamen vix teneri potest: substantia quidem infirmum, atque exiguum; sed usu magnum, & validum invenitur; medicum membrum est; sed, nisi caveas, magnum malum. S. Bernard. de triplici custodia.

Lingua tenuis est, & lata; aptissima vacuandis cordibus instrumentum; sicut multorum mihi inter vos conscientias arbitror attestari: nisi forte omnes tam perfectissimus, ut nunquam nobis post loquentis confabulationes inventa fit mens quodammodo vacua, meditatio minus devota, sicca magis affectio. Id. l. 17. de div. affect. anime.

Maximam illum arbitror scandolorum præcidisse materiam, qui in Collegiis, & cum hominibus degens, linguam suam compefecere potuit. S. Laurent. Jul. opusc. de inter. conf. c. 2.

Natura dedit pluribus animalibus auditum: loquelam non dedit, nisi homini rationali animali: ut ex hac offenderetur; quod locutio debeat esse rationalis, Sancti Thom. Aqu. D. 3. Pañch.

Lin-

Lingua est quasi mala Monacha: & ideo reclusit eam DEUS sub pluribus claustris. Idem ibid. Propter hoc lingua, quasi Monacha, in quodam claustro sitrata est providente natura, ne facile prorumpat in verba. Sancti Bonaventura l. 50.

Lingua clausa, & quasi in loco carceris posita est. 1. propter sanctitatem, vel bonitatem: res siquidem pretiosa diligenter claudi, & custodiri solet. 2. propter salutem sui: nam, cum lingua sit tenuis, & lata, quasi pala, aptissima est ad evacuandum malitiam cordis. Unde data est homini; ut possit per confessionem purgare peccata sua, & assumere SS. Sacramentum. S. Bernardus Sen. l. 6. de multiloquio. In ore puerorum, qui baptizantur, ponitur sal: ad innuendum, quod membrum illud de facili putrefcat, & multis veribus scaturit vitorum. Idib.

Quod cancer ostreo, facit, plerumque diabolus Monacho, Cancerc enim, quia ostreis delectabiliter vescitur, & quia prospicit periculum (si enim chelas immiserit, relabente testa coarctatur) solet explorat, si quando ostreum se contra falsos radios aperiat: tunc calculum immitterit, & conclusionem ostrei impedit: sicque hiantia claustra reperiens interiora ostrei chelis decerpit, & depascitur. Quid ostreum congruentius significat, quam Monachum? qui nimirum vivit, dum sub silentii censura concluditur; perit autem, cum ad loquendum immoderatus aperitur. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 18.

Cum naturis reliquis homo præsideat, easque suæ ditionis legibus subdat; quanti pudoris est, ut canaliculum teneum, quam inter fauces includit, edomare non possit. Omnia ferarum genera in lingua reperiuntur; ibi quippe est vitellus volucrum, ibi feritas bestiarum; ibi fraus virulenta serpentum. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 18.

Ideo vixit Joannes Bapt. ab infantia in deserto; ut linguam suam ad tantum testimonium servare impollutam; quod non potest fieri inter homines. Unde Il. 6. 7. antequam mittatur, purgantur labia ejus calculi ardenti tactu. Similiter Jeremias 1. 9. purgatur, antequam mittatur, sed non calculi tactu, sed manus tantum: quia adhuc parum peccaverat in lingua, quia Puer erat. v. 6. Joannes verò nec calculo, nec manu tangitur: quia linguam suam in deserto fervavit impollutam. Hugo Card. in cap. 1. Joan.

Difficillius est lingua non delinquere, quam demonem oppugnare. Linguam intrà claustra provida includit natura; ne velata dentibus, obstrata labiis, foras erumperet. Ut enim ferus nondum mansuetus vinculis confringimus; nè, si liberet incedat, obvios dentibus dilanent, aut unguibus vulnerent: sic lingua, nè delivria, dentium catena vincita est. Naxera in Jos. 7. §. 46.

§. IV.

Lingua periculosa in circumdatione.

Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Job 19. 20. Labia, & linguam, illi reliquit: ut gladium in promptu haberet, siferet furiosus. Stengelius t. 4. div. Jud. c. 31.

Demonium - & illud erat munitum. Luc. 11. 14. Fuisse hunc hominem non mutum solum, sed etiam surdum, putat Tertull. l. 4. contra Marcion. Chryso. in c. 21. Math. Theophylactus, & Euthymius, qui ait: demon nec loquebatur, nec audiebat; nec hominem sinebat loqui, vel audire. Non dicitur demonium mutum ab effectu, ut alii volunt, quod homines loqui impediunt: demon enim potius loquaces facit, quam mutos: loquendo enim multa peccata committuntur, quæ tacendo vitantur. Barradius t. 2. l. 8. c. 15. D. 3. Quad.

Ab aure, quam lingua, minus periculi est. S. Grego. Naz. præm. de vita sua.

§. V.

Lingua noxia.

Ex Veteri, & Novo.

Nequaquam morte morietur. Gen. 3. 4. Gravius peccitatur: quia fecisti hoc, male dicitur, est inter omnia animalia v. 4. Levius vapulat, cum hominis, Deique, nititur absumere vitam; & gravius dum hominis lingua subruit fortunam: gravius enim est lingua, quam canis, nocere. Naxera in Jos. 20. §. 4.

Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Num. 20. 10. Plurimis licet signis, atque miraculis, clamasset Moyses; ubi mox dice lingua lapsus, expers terra promissionis exiit. Magnum, & horrendum, mare viam ei præcludere non potuit: sed verbum unicum inique ab eo prolatum, velut murus aliquis, ei obstitit, ne ulterius progredi posset. S. Ephem de vitio linguæ.

Filius dei gloriam Domino Deo Israel, & confidit. Jos. 7. 19. Lapidibus obtur præcepit; & duris lapidibus mellita verba jungit. Josue à duro non abstinuit supplicio, sed asperis verbis: quia credidit, facilis Achan ingruentium savorum ictus patienter sustinere; quam verba aspera tolerare. Mitiora ferti, quam linguæ vulnera. Naxera in Jos. 7. §. 38.

Benedic Deo, & more. Job 2. 9. Post damna rerum; post funera pignorum; post vulnera, scissuræque membrorum. antiquus hostis linguam movit uxoris. S. Gregorius mor. l. 3. c. 6.

Hic sunt tabernacula iniqui - ignora. Deum. Job 18. 21. Cum Job in omni calamitate perleret animosus, deitiam amicos in ejus patientiam armat; & duris illorum verbis pro armis usus, ejus patientiam evertere aggreditur; quibus ictus Job usque, inquit, affligit animam meam, & attulit mihi sermonibus c. 19. 2. Orig. in Cat. Gr.

Gladus acutus. Pl. 56. 5. Sagitta est vulnereus. Jer. 9. 8. Fecit cominus, & eminus. Velloso in Judith. 7. Paren. 30.

Sufficiens in colum ingemuit. Marci 7. 34. Forte quis vellent Dominum ingemuisse, ubi ad solvendum linguam accessit, quasi prænosens, quantum obicit lingua saluti. Bæza. t. 2. l. 10. c. 9. §. 6.

Ut refrigeret linguam meam. Luc. 16. 24. Cruciabatur dives iste in lingua; scilicet pro loquacitate: quia in mensa loquacitati operam dedit. Hugo Card. hic.

Ex Patribus, & aliis.

An necesse? quia plurima pars culpæ, atque pœnarum, à sennonibus sumat exordium? S. Chryso. hom. 16. in Math. c. 5.

Lingua dimidia humorum vitorum partem sibi vendicat. S. Greg. Naz. ex carn. in quo anime suæ calamitates deplorat.

Certe nulla res est, quæ majorem hominibus perniciem afferat, quam lingua: in propinquo est sagittarius. pestifera sagitta in arca est; nervi ipsi quàm maxime intenti. Idem in Quadrage. jejunii silentium, Deus bone! in quantos se unusquisque lingua dispersit; cum voluerit, sevit ut bestia, currit ut fluvius; fluctuat ut profundum; & quancumque peccatis verborum imaginibus pingit speciem, veri adspiratione repræsenta. Felix l. 1. ep. 1.

Facilius si necesse est, quilibet ferre potest armatas ferro acies, & instructas rebus bellicis legiones. Quis autem sustinet laborum tela infixa pectoribus? facillius sine dolo recipient sanitatem corpora ferro lacerata. D. Valerianus homo 5. de bono discipline.

Turpe est valde, quod lingua canis est medicinalis; ut sanet vulnus omne, quod tangit; & hominis rationalis fit lingua mortalis, inficiens omne, quod dicit. S. Bonavent. l. 81.

§. VI.

Lingua varia vitia.

Erant autem tempus. Num. 13. 21. Exhortatio hæc contigit sub initium Iunii (tunc enim in Palæstina, utpote regione calida matura sunt vva) anno fecundus exitus ex Aegypto. Transierat enim jam annus unus, & tres menses: ab hoc exitu: tuncque post paucos dies Hebrei ingressuri fuissent Chanaan, nisi murmurasset: hæc enim murmuratio ingreditum eorum distulit usque ad triginta octo annos. Cornelius hic.

Misit Dominus in populum ignes serpentes. Num. 21. 6. Quare à serpentibus perierunt? nisi quia serpens venenosus est: & omnis, qui murmurat, venenum diaboli habet in lingua. Unde Jacobus Apoll. lingua iniquitatem malum, plena veneno morifero. S. Bernardus l. de modo vivendi. Did. del Castil. l. 0. llat. 181.

Sufarratoria. Cucurrit per, & nutriavit Moysi. Num. 11. 27. Talis fuit Deog. 1. Reg. 22. 9. Vide silium Iai in Nob. Nuntiatumque est Saul à dicentibus: ecce David. 1. Reg. 19. 19. Nuntiatumque est Iulosemi: susurrone hi referunt, quod odium excitet affectu nocendi. Judith. 5. 1. Varii isti contemserunt; Rex, & acerrimum unum. Dan. 3. 12.

Impudica. Sepulchrum patens est lingua impudica, quæ loquitur de luxuria, & spurcitate. Apoc. 9. de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Hugo Card. in Pl. 13. Vide tit. fermones. Adulatoria. Lingua adulatoria est venenum aspidum sub labiis; quod facit hominem obdormire, & mori. Idem ibidem.

Superba. Dominum discat lingua nostra imitari. Quod si faciemus; non dubito, quin ante tribunal Christi magna cum fiducia stabimus: ubi, nisi quis in hac vita humiliter loqui didicerit, non intelligetur tunc à Christo. Quemadmodum enim, si Romanus fuerit Iudæ, non percipiet rationes tuas, nisi Latine loquaris: sic etiam Christus non audit, neque attendit; nisi lingua sua utaris. Non libentius Prophetarum ora, quam humillimum hominem Dominus osculatur. S. Chryso. hom. 79. in Math.

Garrula. Loquacitas ignorantie certum est argumentum, mendacii opifex, compunctiois desolatio, somni præcursor. Joan. Clinac. gr. 1. de garrulitate.

S. VII.

Lingua bona, sancta &c.

Diffusa est gratia in labiis eius. Pf. 44. 3. Venit nobis cum Verbo gratia, cum osculo gratia. Quid ista gratia dulcius? S. Augustinus hic.

Linguis loquentur novis, Marci 16. 17. Novitas linguarum ad novitatem pertinet vite; in qua cantamus Domino in hymnis, & psalmis, canticum novum. Simon Cassi. 4. hic. Quamdiu homo turpibus, & vanis, sermonibus intersit; vetera verba loquitur; cum autem ad laudes Dei convertitur; quasi linguis novis loquitur; Haymo hom. in Ascens. D. Novis linguis loquitur, qui sobria vaniloquia; scurrilia, vitiosas verba, devians, incipit loqui fatalia; Deum laudare, proximum informare, jugiter orare. Dionys. Carth. hic.

Qui erat mortuus, cepit loqui. Luc. 7. 15. Signum certum resurrectionis est loqui discretè: quia nec spiritus malignus ingressus corpus mortui posset discretè loqui. S. Vincent. Ferr. D. 26. Tria. tit. 1. 3.

Apparuerunt illis dispersa lingua. Act. 2. 3. Venit super Discipulos in linguis igneis, ut verba ignea loqueretur; & legem igneam linguarum ignearum prædicarent. S. Bernardus 1.1. in Pentec.

Mordere scammatis, procul est a Christiano. Linguam habes; non ut alios salibus tuis mordes; sed ut Deo gratias agas. S. Chrysof. f. 18. in ep. ad Eph. c. 5.

Quemadmodum oportet thuribulum nihil habere immundum, sed solum ignem, & suffitum: ita etiam lingua nullum oportet proferre verbum, quod sit ulla macula, aut labe, respectum. Sit ergo os tuum thuribulum. Idem in Pf. 140.

Lingue hujus Mundi varie sunt; Christiani verò vel nunc unam edificant linguam; & omnes sub una specie eruduntur: sapientia nimirum divina, hujus Mundi. S. Macarius hom. 32.

TITULUS XV.

LOCUS.

Locus non facit laudabilem. Tulit Dominus Deus hominem. Gen. 3. 15. S. Ambr. lib. de Paradiso: quod loci advertit: quia extra Paradisum vir factus est; & mulier intra Paradisum. Ut advertas, quod non loci; nec generis nobilitate, sed virtute, unusquisque gratiam sibi comparat.

Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. S. Hieron. ep. 13.

Locus non facit sanctiorem. Et aqua omnes, quæ super caelos sunt, laudent nomen Domini. Pf. 148. 4. 5. Et Dan. 3. 60. Benedicite aqua omnes, quæ super caelos sunt Domino. Oleaster, cum alii putant, illas super coelestes ex his esse, quæ terræ parti inferiori incumbunt. Sed quæ tam altè evehit sunt, tamque nobilibus exceptæ palatis, num idem mutantur naturam? Oleaster in c. 1. Gen. factus firmamento, seu divisione, non videtur mutasse naturam. Locus non mutat mores. Didacus Nyss. polit. cœl. p. 1. 1. Si locus salutare possit, Sathan de cœlo non caderet. S. Gregor. hom. 9. in Ezech.

Locus nullus securus. Quilibet occulta, loca sine Dei gratia animam salvare non possunt; quod aliquando in ipsis conspiciamus erratis Electorum. Nam loth in ipsa perverfa civitate fuit justus; in monte peccavit. Gen. 19. 33. quid cœlo securus? quid paradiso jucundus? Et tamen homo ex paradiso, & angelus de cœlo; peccando cecidit. Illius ergo nobis virtus querenda est, & gratia postulanda; sine quo nunquam absque periculo & culpa; cum quo nunquam sine justitia esse non possumus. S. Gregor. 1. 6. ep. 4. Nunquam est securitas, fratres, neque in cœlo, neque in paradiso, multò minus in Mundo. In cœlo enim cecidit angelus sub præsentia divinitatis: Adam in Paradiso de loco voluptatis; Judas in Mundo de Schola Salvatoris. Hæc idcirco dixerim; nè quis sibi de loco isto gloriatur, quia dicitur, locus iste sanctificatus est: quia non locus homines, sed homines locum sanctificant. S. Bernardus ferm. de ligno, feno, & stipula.

Christus honorat loca, in quibus honoratur. Cur Dominus venit in civitatem Sichar. Joan. 4. 5. Sichem est idem, quod Salem; juxta Hieronymum; ubi Melchisedec obtulit panem; & vinum, in typum Corporis Christi: Dominus citò illic pergit; ut illum præsentia sua honoraret. Ob similem causam fugit in Ægyptum juxta S. Leonem. 63. de Epiph. quia in Ægypto, per Pascalis agni immolationem, tanti mysterii præcæta figura. Sylveira hic. Longanimitas Dei vide tit. Misericordia.

TITULUS XVI.

LUXURIA.

S. I.

Symbola, & similitudines.

Ex Veteri.

Dimisit corvum, qui egrediebatur. & non revertebatur. Gen. 8. 6. 7. Adhærebat cadaveribus. Sic facit luxuriosus quia; dimissa arca continentie, & castitatis, adheret cadaveribus, id est, delectationibus immundis. S. Bonavent. diat. fal. c. 9. Luxuria.

Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor. Gen. Num. 23. 28. Balach, qui Deus contrarius est, imponit Balaam in verticem montis Phogor; quod interpretatur delectatio. In verticem autem delectationis; & libidinis, imponit homines iste Balach, ut excludat eos a Deo: ex ludens enim, & delictatio, interpretatur Balach. Orig. hom. 17. hic.

Et ecce una mulier, fragmen mole de super faciens, illi se capiti animalium, & conseruit cerebrum ejus. Judic. 9. 53. Abimelech iste, nimis appropinquans ad turrim; est homo luxuriosus, in accurè appropinquans ad mulierem. Fragmen mole est tentatio; quæ a muliere procedit, & miserum luxuriosum interficit. S. Bonavent. diat. fal. c. 9. de luxuria.

Nunc ergo vadit, & percutit Amalec, & demolire universa ejus. Reg. 1. 30. S. Gregorius hic per jubeat AMALC luxuriam designat hujus regum omnino delere jubeat DEUS, nihil vivum reservari; sed interficere etiam parvulos, etiam cogitationes &c. Pinna Ethol. 4.

Dominus, qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi. Gen. 1. Reg. 17. 37. Per leonem superbia; per ursum, qui mel sequitur, concupiscentia; per gigantem, qui quasi insuperabilis videbatur, avaritia significatur: quia avaritia quasi insuperabilis est. S. Bonavent. f. 3. de D. 1. Quadr.

Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum mulus, cui insederat, pertransiit. 2. Reg. 18. 9. Absolon peccator est, mulus sensualitas est. Absolon mulo insidet, cum peccator in sensualitate delectatur. Cafares Absolon divitiæ sunt hujus Mundi; quercus luxuria; quercus enim cibus est porcorum. Hæc est via, de qua dicit Dominus Math. 7. 13. Sparsa est via, quæ ducit ad perditionem. Quercui ergo per Cafariam Absolon pendet, quando peccator fomento divitiarum luxuria inhaeret. Hugo Card. hic.

Timis Elias. 3. Reg. 19. 3. Elias gerit hic speciem cuiuslibet justus; Jezabel carnis concupiscentiam significat: hanc fugit Elias; id est, vir justus. Hugo Card. hic.

Equis indomitus vadit danti. Eccl. 30. 8. Hieroglyphicum juvenutis, est jusque effrenis concupiscentie, & temeritatis. Cornelius hic.

Ollam succensam aqua video. Jer. 1. 13. Anima peccatrix dicitur olla, propter concupiscentie fervorem, propter macule nigredinem. Nahum 2. 10. Facies omnium eorum sicut nigredo olivæ. Et prædida olla succenditur igne inordinati amoris. S. Thomas Aquil.

Ex Novo.

Vidit Jesus secum ejus jacenter, & fabricatam. Matth. 8. 14. Moraliter unaqueque anima, quæ carnis concupiscentiis militat, febribus quasi æstuat. V. Beda hic 1. 2. c. 8. Curatio mulieris à febribus; est curatio animæ à peccatis carnalibus. S. Bonavent. in Luc. 4.

Et ecce viri portantes in lilio hominem, qui erat paralyticus. Luc. 5. 18. Paralyticus est quilibet peccator: sed propriè peccatum luxurie dicitur paralyticus anima. Jer. 31. 22. usquequo delicias desideris filia vasa. Hugo Card. hic. Paralyticus significat eum; qui diu jacuit in inertia illecebæ carnalis. V. Beda 1. 2. in Luc. 5.

Ecce hydropicus ante eum. Luc. 14. 2. Per hydropicum etiam significatur luxuriosus: quia sicut hydropicus, quanto plus bibit, tanto plus sitit; ita qui se luxuria immergit, amplius eam appetit. Hugo hic.

Fuere. Joan. 11. 39. Significat foetorem terrenorum peccatorum, id est, carnalium. Quod autem exivit à monumento; significat recedentem à carnalibus deliciis. Quid verò instituit involutus, hoc est, quod etiam à carnalibus recedentes, adhuc tamen in corpore constituti, alieni à carnalibus molestis esse non possunt. Sylveira hic.

Ab annis octo jacentem in grabato. Act. 9. 33. Grabatum est ipsa segnitas; ubi requiescit animus æger, & infirmus; id est, in voluptate corporis, & omni delectatione seculari. V. Beda hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sunt crudes quidam carnifices corporis voluptates; imò verò carnificibus crudeliores: nam vinculis torquent non manufactis: per oculos animam vulnerant: per aures luxurie facies admovent;

Titulus XVI. Luxuria.

vent; aspero flagello intellectum flagellant: Porro si juventutem etiam aggressa fuerint, tum verò ignis cum igne miscetur: facile namque voluptatibus juvenit incenditur: quippe quæ pinguior olei in morem, & aptior fit ad inflammationem. S. Chryf. t. 6. de Sanct. Thekla.

Cum voluptatibus, ut cum beistiis, Martyr pugnabat. Id. de eadem.

Crudelis domina, ac rabiosa, luxuria est; libidine, quasi stimulis, servilem mentem exagitat. S. Gregor. Nyss. lib. de vita Moylis.

Cor voluptatum affectatoris, carcer utique est, & catena anime in ipso exitu articulo. S. Antiochus Abb. hom. 74.

Quisquis immunde vitæ, velut uxori vir, jungitur, malè blandientis amplexibus oblectatur, nequit ex ea liberos, qui DEO placeant, gignere: quia nec potest ex amara radice dulcis fructus afferri. B. Petr. Dam. opusc. de dignit. Sacerdotii c. 1.

Sicut Judas JESUM Judæis, sicut Dalila Samsonem Philistinum sicut Absolon David patrem suum, affigendum tradunt: sic de malignis spiritibus prodit carnalis concupiscentia: ut perdat vitam, ut fortissimum enervet, ut de folio regni regem, & patrem suum depellat. Petrus Cell. c. 17.

Cibus dulcis videtur luxuria; sed est ibi venenum peccati, quod occidit animam. S. Vincent. Ferr. f. de Invent. S. Cruc.

Mordens illi sapienter dixit: uti nec cœlum respicit, nec margaritam querit porcus, sic & animus dulcedine voluptatis captus, & in luxurie cœnum delapsus, difficile potest cœlestia cogitare. Drexelius in Nicet. l. 2. c. 12.

S. II.

Luxuria insatiabile peccatum.

Symbola.

Ex Veteri.

In qua erat dispersa. Deut. 8. 15. Isidorus l. 12. Etymol. 4. Diapas genus est aspidis; quæ Latine situla dicitur; quia, quem momorderit, sitit perit. Diapades serpentes nocentissimi: morsibiles eis continud inardescunt, & sitri ardent; quare incoscant, haurientes tandem crepant, & dissiliunt. S. Cornelius hic.

Ignis est usque ad perditionem devorans. Job 31. 12. Devorat enim Luxuria usque ad consumptionem anime per gratie expulsionem; usque ad consumptionem vite per honoris resolutionem, & usque ad consumptionem temporalis substantie per divitiarum effusionem. Luc. 15. 13. Dissipavit substantiam suam vivendo. Luxuriose. Item iste ignis est detentivus; non enim ex igne Inferni potest aliquis erui, nisi diuino miraculo. Germaniani l. r. c. 58.

Domine, educisti me ab Inferno animam meam; salvasti me à descendibus in lacum. Psalm. 29. 4. Celada in Sufaniam: Inferni, inquit, & lacu nomine multi intelligunt carnis voluptates. S. August. hic: qui libidinis se se immergunt, & terrenis desideris descendunt in lacum. Et alibi vocat libidinis ignem, æterni ignis æmulum. Rupertus in Gen. quare non qualemcunque ignem, sed ignem pluit sulphureum? quia talem carnis foetorem miserunt in cœlum; rectè de cœlo fortiter ignem, vel ignem foetidum, receperunt. Cœlum; voluptatum omnium emporium, odit semper, & punit, voluptatis sædæ amator, ige, & aqua in diluio. Vide Cornelium à Lap. in Prov. 30. 16.

Sanguisuga dua sunt filia dicentes, affer, affer. Prov. 30. 15. V. Beda l. 3. in Prov. & Salomus, has duas diaboli filias, avaritiam, & luxuriam, exponit; quæ nunquam fatiantur, quæ semper volunt. Octavianus in Eccl. 9.

Ignis nunquam dicitur sufficit. Prov. 30. 16. Luxuria, juxta S. Petrum 2. 2. 14. incessabile delictum: quia cujus animam semel occupavit amor veneris; ita eo, velut igne, accenditur; ut eum retinguere nequeat; Cornelius in ep. S. Petri secundam hic.

Homini fornicario omnis panis dulcis; non satigabitur transgrediens usque ad finem. Eccl. 23. 24. usque ad finem scilicet vitæ. Tigurini: donec intereat. Cornelius hic.

Fornicatae sunt, & non cessaverunt. Of. 4. 10. Compærnerunt fornicatae in ferreare sue Joel. 1. 17. id est, vitam finierunt bruti, & immundi, homines in peccato suo. Sancti. Rupertus de operibus Spiritus Sancti hic.

Ex Novo, & Patribus.

Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Luc. 14. 2. Per hydropicum etiam significatur luxuriosus; quia sicut hydropicus, quanto plus bibit, tanto plus sitit: ita qui se luxuria immergit, amplius eam appetit. Hugo Card. hic. Hydrops morbus ab aquo humore vocabulum trahit. Proprium est hydropici; quanto magis abundat humore inordinato, tanto magis sitire. Et ideo comparatur ei; quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggravat. V. Beda hic.

Capiebatur implere ventrem suum de siliquis. Luc. 15. 16. S. Chry-

solomus: siliques sunt carnalium desideriorum illecebæ. Quare cupiebat saturari siliquis? quia porcus effectus affectu libidinis congruum sibi alimentum desiderabat. Euseb. 6. Par. Chr. hic Obl. 4.

Va terre, & mari. Apoc. 12. 12. Perterram avari, per mare luxuriosi intelliguntur, ad quos principaliter venit diabolus, quia plures per hæc vitia seducit. Unde Luc. 8. 33. demones in porcos, & mare. Hugo Card. in c. 9. Jos.

Laboriosa proffus, & ad superandum difficilis, est carnis illecebæ: nunquam superata quiescit, semper floret, semper viget, semper sua importunitate decertat; serpit continuo ut cancer, sevit ut ignis, rugit ut leo, tumet ut coluber, insidiatur ut latro, ceno volutat ut aper, sat numquam dicit, ut Infernus. Sanct. Laurentius Just. opusc. de inter confli. c. 3.

Asbestus lapis, ubi ignem conceperit, numquam solet deflagrare. Plinius l. 37. c. 20. Lem. semper ardet.

S. III.

Luxuria invertata vix corrigibilis.

Num. I.

Ex Veteri.

Fluit universa carnis veni carum me, & ego dispersum eos cito terra. Gen. 6. 13. Rupertus hic; audit Noe vir justus, atque perfectus; & tacet, nullamque pretem pro injustis infert, ut DEUM teneat, & iram suscipiat. Moylis fit supplex pro idololatra populo. Ex. 32. 31. aut dimittite eis hæc novam. Cur hic orat, non ille? causam facer textus indicat: omni caro corrumperat viam suam. Didacus Nyss. f. c. d. 3. Quadr. S. 7.

Corvus egrediebatur, & non revertebatur. Gen. 8. 7. id est, luxuria. Hugo Card. hic.

Veneruntque duo angeli Sodomam. Gen. 19. 1. Nota ex Joanne Climaco i. giscalæ; ad omnes Hebræos ex Ægypto liberandos unum Moysen fati fuisse; & ad liberandum verò de Sodomis unum Loth necessarios fuisse duos angelos: quia Hebræi significabant peccatores sola mente corruptos; Loth autem peccatores etiam corpore putrefactos. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 6.

A puero usque ad senem. Gen. 19. 4. Cùm de excidio Sodomorum multa prædixissent angeli Loth, ipse omnino tacet, non orat, sed privato tantum bono consulet. Sed Abraham multum precatus Gen. 18. 23. &c. Causam reddit. S. Chryf. hom. 25. in 1. Corinth. quia Loth, qui præsens aderat, noverat immedicabile esse malum urbis, nec Deum ullis precibus fleendum. Sed unde Loth hoc novit? à puero usque ad senem: libido omnes, animas tenet, S. Chrysof. hom. 7. in ep. Hebr. ad Pl. 24. 7. delicta juventutis meæ &c. Iste potest quidem dicere, delicta juventutis &c. qui in senectute poenitentiam fecit, quæ procedente aetate mutatur: si autem in senectute eandem turpiditatem committit; quomodo hujusmodi dignus est senex appellari, qui neque ætati reverentiam exhibet. Pinna Ethol. 143.

Dixitque Moyses ad Judices Israel: occidat unusquisque proximos suos, qui iniuncti sunt Beelphegor. Num. 25. 5. Audita mortis sententia quid egisse putatis impudicium? palluit; ingemuit; ejulavit; inducias petit, ut scelus expiare possit &c. Scilicet! audite, & stupete! Et ecce unus de filijs Israel intravit eorum stratibus suis. Gen. v. 6. vidente Moysa, & omni turba filiorum Israel qui stabant ante fores tabernaculi. O impudentiam immanem, o flagitium vix gehennæ supplicii omnibus plendum! o mare impuritates sine littore! o cupiditatem nesciam finiri, cùm vita finitur. Oliva t. 2. Strom. §. Miserrere mei Deus. Salomonis lapsum Gimus, poenitentiam nescimus. Id. ib.

Ompet, qui ingrediuntur ad eam, non revertuntur. Prov. 2. 19.

Fovea profunda et aliene. Prov. 22. 14. Qui verba, vel oscula, meretricis libenter amplectitur, quasi jam iam gehennalis pulsata abyssi; citoque mergetur, si pedem cautus non retrahat. V. Beda hic. Ne dedas cor insipienti meretrici: si enim ei illud dederis, absorbebitur velut in fovea profundissima; ex qua id extrahere erit difficile, & sævè impossibile. Cornelius hic.

Et ecce mulieres ibi sedebant plangentes Adavidem. Ezech. 8. 14. Quid est, mulieres in planctu Adonidis sedere? nisi effrenatas animas in consuetudine peccati computruisse. S. Rupertus hic. in cathedra pestilentia non sedet.

Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur: quia spiritus fornicationum in medio eorum. Of. 5. 4.

Ex Novo.

Si efficit vos hinc, euite nos in gregem porcorum. Matth. 8. 31. Cùm plura demonia ab obsessis corporibus depulserit Dominus, nulla tamen unquam, præter hæc, mitti in porcos rogavit. Causam petit S. Chrysologus f. 16. ex verbis Evangelij; de monumtibus exentus. Scilicet demones hic inter putrida cadavera morabantur. Afflicti ergo potredini cœnum adamabant;